non manducet. Qui fugit molam, fugit farinam; qui fugit
laborem, et industriam, non fructum emolumentis; qui nu,
cleum vt aiunt, esse vult, nucem frangat, oportet. Optimũ
aiunt obsonium esse laborem senectuti; laborandum enim
in iuventute, quo senectuti suppetat melig, et commodius
vivendi facultas. Porro non inique comparatum est, vt de,
sides, et veternosi in summã ignominiam, atq; paupertã,
tem incurrant, bonestis autem studijs et laboribus intenti, atq;
industrij autoritatem, gloriam, atq; diuitias consequentur;
Hae virtutis praemia, illa detestabilis ignauia sunt spiranda.
Quemadmodum enim qui in certaminibus Olympicis non
fortiter pugnassent nullis afficiebant honoribus, et agrico,
lae torpentes otio, et arua inculta relinquentes nil praeter
Dispania consequuntur, ita desides, et ignaui bonis, opibusq;
omnibus destituuntur, nam si quis apes eò quod aculeata sint
pati nolit, is ne mellis et quod optat, fructum
In quibus labor nullus, industria nulla, ac nulla, vt dictum est cura
est, nec ibi, nec alijs prosunt: tempus ipsum rem s. pretiosissima
somno, et inertia transigunt, quo nequig, aut felicius in
hac vita esse nihil potest, nam desides ignaui, et otiantes
an non pecudibus similiores sunt, quam hominibus?
neq; enim viuunt, sed spiritum solum modo trahunt. Otium
enim sine litteris mors est, et vini hominis sepultura. Pro,
prima agnationis sunt otium, et vitium, multam n. malitia
docuit otiositas, vt rectè mater nugarum, et omnium vir,
tutum noverca esse dici possit; nullus fructus etiam est, sed
dispendium semper maximum. Otium res vna omnium disci,
plinae inimicissima est, et non tantum non iuuenit noua,